

Agni, et loquebatur sicut draco:

12. *Et potestatem prioris bestiae omnem faciebat in conspectu ejus: et fecit terram, et habitantes in ea adorare bestiam primam, cujus curata est plaga mortis.*

13. *Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de caelo descendere in terram in conspectu hominum.*

14. *Et seduxit habitantes in terra propter signa quae data sunt illi facere in conspectu bestiae, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiae, quae*

mejantes á los del Cordero, mas hablaba como el dragon: (T. II. 270.)

12. Y exercia todo el poder de la primera bestia en su presencia: é hizo que la tierra y sus moradores adorasen á la primera bestia, cuya herida mortal fue curada. (T. II. 272.)

13. E hizo grandes maravillas, de manera que aun fuego hacia descender del Cielo á la tierra á la vista de los hombres. (T. II. 273.)

14. Y engañó á los moradores de la tierra con los prodigios que se le permitieron hacer delante de la bestia, diciendo á los moradores de la tierra,

habet plagam gladii, et vixit.

15. *Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiae, et ut loquatur imago bestiae: et faciat ut quicumque non adoraverint imaginem bestiae, occidantur.*

16. *Et faciet omnes pusillos, et magnos, et divites, et pauperes, et liberos, et servos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis.*

17. *Et ne qui possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem aut nomen bestiae, aut nu-*

que hagan la figura de la bestia, que tiene la herida de espada, y vivió. (T. II. 274.)

15. Y le fue dado que comunicase espíritu á la figura de la bestia, y que hable la figura de la bestia: y que haga que sean muertos todos aquellos que no adoraren la figura de la bestia. (T. II. 275.)

16. Y á todos los hombres pequeños, y grandes, ricos, y pobres, libres, y siervos hará tener una señal en su mano derecha, ó en su frente. (T. II. 276.)

17. Y que ninguno pueda comprar ó vender, sino aquel que tiene la señal ó nombre de

merum nominis ejus.

18. *Hic sapientia est. Qui habet intellectum computet numerum bestiae. Numerus enim hominis est: et numerus ejus sexcenti sexaginta sex.*

Caput XIV.

1. *Et vidi: et ecce Agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.*

2. *Et audivi vocem de caelo tamquam vocem aquarum multarum, et tamquam*

la bestia, ó el número de su nombre. (Ibid.)

18. Aquí hay sabiduría. Quien tiene inteligencia, calcule el número de la bestia. Porque es número de hombre: y el número de ella seiscientos sesenta y seis. (T. II. 278.)

Cap. XIV.

1. Y miré: y he aquí el Cordero, que estaba en pie sobre el monte Sion, y con él ciento y quarenta y quatro mil, que tenían escrito sobre sus frentes el nombre de él, y el nombre de su Padre. (T. II. 296.)

2. Y oí una voz del Cielo como voz de muchas aguas, y como voz de grande

vocem tonitruum magni: et vocem quam audivi, sicut citharædorum citharizantium in citharis suis.

3. *Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor animalia, et seniores: et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.*

4. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt: Hi sequuntur Agnum quocumque ierit: Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, et Agno.*

trueno; y la voz que oí, era como de tañedores de harpa, que tañian sus harpas. (T. II. 297.)

3. Y cantaban como un cántico nuevo delante del trono, y delante de los quatro Animales, y de los Ancianos: y ninguno podía decir aquel cántico, sino aquellos ciento y quarenta y quatro mil, que fueron comprados de la tierra. (Ibid.)

4. Estos son los que no se contaminaron con mugeres: Porque son vírgenes. Estos siguen al Cordero á donde quiera que vaya. Estos fueron rescata-dos de entre los hombres por primicias para Dios, y para el Cordero. (T. II. 300.)

5. *Et in ore eorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.*

6. *Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret sedentibus super terram, et super omnem gentem, et tribum, et linguam, et populum:*

7. *Dicens magna voce: Timete Dominum, et date illi honorem, quia venit hora iudicii ejus: et adorare eum, qui fecit cœlum, et terram, mare, et fontes aquarum.*

8. *Et alius Angelus secutus est dicens: Cecidit, cecidit*

5. Y en la boca de ellos no fué hallada mentira, porque están sin man-cilla ante el trono de Dios. (T. II. 301.)

6. Y ví otro Angel volando por medio del Cielo, que tenia el Evangelio eterno, para predicarlo á los moradores de la tierra, y á toda nacion, y tribu, y lengua, y pueblo: (T. II. 257.)

7. Diciendo en alta voz: Temed al Señor, y dadle honora, porque vino la hora de su juicio: y adorad á aquel, que hizo el Cielo, y la tierra, la mar, y las fuentes de las aguas. (Ibid.)

8. Y otro Angel le siguió diciendo: Cayó, cayó aquella

Babylon illa magna: que à vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes.

9. *Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam, et imaginem ejus, et acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua:*

10. *Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, et cruciabitur igne, et sulphure in conspectu Angelorum Sanctorum, et ante conspectum Agni:*

11. *Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: nec habent*

Babilonia la grande, que dió á beber á todas las gentes del vino de la ira de su fornicacion. (T. III. 3.)

9. Y los siguió el tercer Angel, diciendo en alta voz: Si alguno adorase á la bestia, y su imagen, y tomare la señal en su frente, ó en su mano: (T. III. 15.)

10. Este beberá tambien del vino de la ira de Dios, que está mezclado con puro en el caliz de su ira, y será atormentado con fuego, y azufre delante de los Santos Angeles, y delante del Cordero. (Ibid.)

11. Y el humo de los tormentos de ellos subirá en los siglos de los siglos:

requiem die, ac nocte, qui adoraverunt bestiam, et imaginem ejus, et si quis acceperit characterem nominis ejus.

12. *Hic patientia Sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, et fidem Jesu.*

13. *Et audivi vocem de Cælo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.*

14. *Et vidi, et ecce nubem candidam: et super nubem sedentem similem Filio hominis, haben-*

tem y no tienen reposo dia, ni noche, los que adoraron la bestia, y la figura de ella, y el que tomáre la señal de su nombre. (T. III. 16.)

12. Aquí está la paciencia de los Santos, que guardan los mandamientos de Dios, y la fé de Jesus. (T. III. 17.)

13. Y oí una voz del Cielo, que me decia: Escribe: Bienaventurados los muertos, que mueren en el Señor. Desde hoy mas dice el Espíritu, que descansan de sus trabajos, porque las obras de ellos los siguen. (T. III. 43.)

14. Y miré, y he aquí una nube blanca; y sobre la nube sentado uno semejante al Hijo

tem in capite suo coronam auream, et in manu sua falcem acutam.

15. *Et alius Angelus exivit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam, et mete: quia venit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terræ.*

16. *Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terra, et demessa est terra.*

17. *Et alius Angelus exivit de templo quod est in Cælo, habens et ipse falcem acutam.*

18. *Et alius Angelus exivit de altari,*

del Hombre; que tenia en su cabeza una corona de oro, y en su mano una hoz aguda. (T. III. 80.)

15. Y salió otro Angel del templo, clamando en voz alta al que estaba sentado sobre la nube: Echa tu hoz y siega: porque es venida la hora de segar, por estar ya seca la mies de la tierra. (Ibid.)

16. Y el que estaba sentado sobre la nube, echó su hoz sobre la tierra, y la tierra fue segada. (T. III. 81.)

17. Y salió otro Angel del templo, que hay en el Cielo, que tenia tambien una hoz aguda. (Ibid.)

18. Y salió del altar otro Angel,

qui habebat potestatem supra ignem: et clamavit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, et vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt uvæ ejus.

19. Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, et vindemiavit vineam terræ, et misit in lacum iræ Dei magnum:

20. Et calcatus, est lacus extra civitatem, et exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

que tenia poder sobre el fuego: y clamó en alta voz á aquel, que tenia la hoz aguda, diciendo: Mete tu hoz aguda, y vendimia los racimos de la viña de la tierra: porque maduras estan las uvas de ella. (Ibid.)

19. Y metió el Angel su hoz aguda en la tierra, y vendimió la viña de la tierra, y echó la vendimia en el grande lago de la ira de Dios. (T. III. 82.)

20. Y fue hollado el lago fuera de la ciudad, y salió sangre del lago hasta los frenos de los caballos por mil y seiscientos estadios. (Ibid.)

Caput XV.

1. Et vidi aliud signum in Cælo magnum, et mirabile, Angelos septem habentes plagas septem novissimas: Quoniam in illis consummata est ira Dei:

2. Et vidi tamquam mare vitreum mistum igne, et eos, qui vicerunt bestiam, et imaginem ejus, et numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei:

3. Et cantantes canticum Moysi servi Dei, et canticum Agni, dicentes: Magna, et mirabilia sunt opera tua, Domine

Cap. XV.

1. Y ví otra señal en el Cielo grande, y maravillosa, siete Angeles, que tenían las siete plagas postreras. Porque en ellas es consumada la ira de Dios. (T. I. 83.)

2. Y ví así como un mar de vidrio, revuelto con fuego, y á los que vencieron la bestia, y su figura, y el número de su nombre, que estaban sobre la mar de vidrio, teniendo las harpas de Dios: (T. I. 84.)

3. Y que cantaban el cántico de Moyses siervo de Dios, y el cántico del Cordero, diciendo: Grandes y ma-

Deus Omnipotens :
justa, et vera sunt
via tua, Rex seculorum:

4. Quis non timebit te Domine, et magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es: quoniam omnes Gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt.

5. Et post haec vidi, et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in Caelo:

6. Et exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo, et candido,

ravillosas son tus obras Señor Dios Todopoderoso: justos y verdaderos son tus caminos, Rey de los siglos. (Ibid.)

4. ¿Quién no te temerá Señor, y engrandecerá tu nombre? porque solo eres piadoso: y todas las Gentes vendrán, y adorarán delante de ti, porque se han manifestado tus juicios. (T. I. 85.)

5. Y despues de esto, miré, y he aquí que se abrió en el Cielo el templo del tabernáculo del testimonio: (T. I. 89.)

6. Y salieron siete Angeles del templo, que traian siete plagas, vestidos de un lino lim-

et praecincti circa pectora zonis aureis.

7. Et unum de quatuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiae Dei viventis in saecula saeculorum.

8. Et impletum est templum fumo a majestate Dei, et de virtute ejus: et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagae septem Angelorum.

Caput XVI.

1. Et audivi vocem magnam de templo, dicentem septem Angelis: Ite, et fun-

Tomo III.

pio, y blanco, y ceñidos por el pecho de bandas de oro. (Ibid.)

7. Y uno de los quatro animales dió á los siete Angeles siete copas de oro, llenas de la ira de Dios, que vive en los siglos de los siglos. (T. I. 90.)

8. Y el templo se hinchó de humo por la magestad de Dios, y de su virtud: y no podía entrar ninguno en el templo hasta que fuesen consumadas las siete plagas de los siete Angeles. (T. I. 91.)

Cap. XVI.

1. Y oí una grande voz del templo, que decia á los siete Angeles: Id, y der-

T

dite septem phialas
iræ Dei in terram.

2. Et abiit primus, et effudit phialam suam in terram: et factum est vulnus sævum, et pessimum in homines, qui habebant characterem bestiarum: et in eos, qui adoraverunt imaginem ejus.

3. Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, et factus est sanguis tamquam mortui: et omnis anima vivens mortua est in mari.

4. Et tertius effudit phialam suam super flumina, et super fontes aquarum, et factus est sanguis.

ramad las siete copas de la ira de Dios sobre la tierra. (T. I. 93.)

2. Y fue el primero, y derramó su copa sobre la tierra: y vino una plaga cruel y maligna sobre los hombres, que tenían la señal de la bestia: y sobre aquellos que adoraron su imagen. (Ibid.)

3. Y el segundo Angel derramó su copa sobre la mar, y se tornó sangre como de un muerto: y murió en la mar toda alma viviente. (T. I. 158.)

4. Y el tercero derramó su copa sobre los rios, y sobre las fuentes de las aguas, y se convirtieron en sangre. (T. I. 193.)

5. Et audiui Angelum aquarum dicentem: Justus es, Domine, qui es, et qui eras Sanctus, qui hæc judicasti:

6. Quia sanguinem sanctorum, et prophetarum effuderunt, et sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt.

7. Et audiui alterum ab altari dicentem: Etiam Domine, Deus Omnipotens, vera et iusta judicia tua.

8. Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem, et datum est illi æstu affligere homines, et igni.

9. Et æstuaverunt homines æstu magno: et blasphemaverunt.

5. Y oí decir al Angel de las aguas: Justo eres, Señor, que eres, y que eras Santo, porque esto has juzgado: (Ibid.)

6. Porque derramaron la sangre de los Santos, y de los Profetas, les has dado tambien á beber sangre: porque lo merecen. (Ibid.)

7. Y oí que dijo otro desde del altar: Ciertamente, Señor Dios Todopoderoso, verdaderos, y justos son tus juicios. (T. I. 194.)

8. Y el quarto Angel derramó su copa sobre el sol, y le fue dado afigir á los hombres con ardor y fuego. (T. I. 309.)

9. Y ardieron los hombres de grande ardor: y blasphemaron.

maverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam ut darent illi gloriam.

10. Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestię: et factum est regnum ejus tenebrosum, et comanducaverunt linguas suas prœ dolore.

11. Et blasphemaverunt Deum Cœli, prœ doloribus, et vulneribus suis, et non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.

12. Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem: et siccavit aquam ejus, ut prepararetur via regibus ab ortu solis.

maron el nombre de Dios, que tiene poder sobre estas plagas, y no se arrepintieron para darle gloria. (Ibid.)

10. Y el quinto Angel derramó su copa sobre la silla de la bestia: y se tornó su reyno tenebroso, y se comieron sus lenguas de dolor. (T. II. 115.)

11. Y blasfemaron al Dios del Cielo por sus dolores, y por sus heridas, y no se arrepintieron de sus obras. (Ibid.)

12. Y el sexto Angel derramó su copa sobre aquel grande rio Euphrates; y secó su agua, para que se aparejase camino para los Reyes del Oriente. (T. II. 223.)

13. Es vidi de ore draconis, et de ore bestię, et de ore pseudoprophetę spiritus tres immundos in modum ranarum.

14. Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa, et procedunt ad reges totius terrę congregare illos in prælium, ad diem magnum Omnipotentis Dei.

15. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem ejus.

16. Et congregavit illos in locum,

13. Y ví salir de la boca del dragon, y de la boca de la bestia, y de la boca del falso profeta tres espíritus inmundos á manera de ranas. (T. II. 337.)

14. Porque son espíritus de demonios, que hacen prodigios, y van á los Reyes de toda la tierra para juntarlos en batalla para el grande dia del Dios Todopoderoso. (Ibid.)

15. He aquí que vengo como ladrón. Bienaventurado el que vela, y guarda sus vestiduras, para que no ande desnudo, y vean su fealdad. (T. III. 46.)

16. Y los congregará en un lu-

qui vocatur Hebraice Armagedon.

17. *Et septimus Angelus effudit phialam suam in aërem, et exivit vox magna de templo á throno dicens: Factum est.*

18. *Et facta sunt fulgura, et voces, et tonitrua, et terræ motus factus est magnus, qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt super terram: talis terræ motus, sic magnus.*

19. *Et facta est civitas magna in tres partes: et civitates Gentium ceciderunt, et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi*

gar, que en Hebreo se llama Armagedon. (T. II. 359.)

17. Y el séptimo Angel derramó su copa por el ayre, y salió una grande voz del templo desde el trono, que decia: Esto es hecho. (T. III. 61.)

18. Y fueron hechos relámpagos, y voces, y truenos, y hubo un grande temblor de tierra: tal, y tan grande terremoto, qual nunca fue, desde que los hombres fueron sobre la tierra, (Ibid.)

19. Y la ciudad grande fue partida en tres partes: y cayeron las ciudades de las Gentes, y Babilonia la grande vino en memo-

calicem vini indignationis iræ ejus.

20. *Et omnis insula fugit, et montes non sunt inventi.*

21. *Et grande magna sicut talentum descendit de celo in homines: et blasphemaverunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.*

Caput XVII.

1. *Et venit unus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, et locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem mere-*

ria delante de Dios, para darle el caliz del vino de la indignacion de su ira. (Ibid.)

20. Y toda isla huyó, y los montes no fueron hallados. (T. III. 62.)

21. Y cayó del Cielo un grande pedrisco sobre los hombres; como un talento: y los hombres denostaron á Dios por la plaga del pedrisco: que fue grande en extremo. (Ibid.)

Cap. XVII.

1. Y vino uno de los siete Angeles que tenian las siete copas, y me habló, diciendo: Ven acá, y te mostraré la condenacion de la gran-

tricus magnæ, quæ sedet super aquas multas.

2. *Cum qua fornicati sunt reges terræ, et inebriati sunt, qui inhabitant terram de vino prostitutionis ejus.*

3. *Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemie, habentem capita septem, et cornua decem.*

4. *Et mulier erat circumdata purpura, et coccino, et inaurata auro, et lapide pretioso, et margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione, et im-*

de ramera, que está sentada sobre las muchas aguas. (T. I. 221.)

2. Con quien fornicaron los Reyes de la tierra, y se embriagaron los moradores de la tierra con el vino de su prostitucion. (*Ibid.*)

3. Y me arrebató en espíritu al Desierto. Y ví una muger sentada sobre una bestia bermeja, llena de nombres de blasfemia, que tenia siete cabezas, y diez cuernos. (*Ibid.*)

4. Y la muger estaba cercada de púrpura, y de escarlata, y adornada de oro, y de piedras preciosas, y de perlas, y tenia un vaso de oro en su mano lleno de

munditia fornicationis ejus.

5. *Et in fronte ejus nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, et abominationum terræ.*

6. *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, et de sanguine martyrum Jesu. Et miratus sum cum vidissem illam admiratione magna.*

7. *Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, et bestie, quæ portat eam, quæ habet capita septem, et*

abominacion, y de la inmundicia de su fornicacion. (T. I. 222.)

5. Y en su frente escrito un nombre: Misterio: Babilonia la grande, madre de las fornicaciones, y abominaciones de la tierra. (*Ibid.*)

6. Y ví aquella muger embriagada de la sangre de los Santos, y de la sangre de los Mártires de Jesus. Y quando la ví, quedé maravillado de grande admiracion. (*Ibid.*)

7. Y me dixo el Angel: ¿Por qué te maravillas? Yo te diré el misterio de la muger, y de la bestia, que la trae, la qual tiene siete

cornua decem.

8. *Bestia, quam vidisti, fuit, et non est, et ascensura est de abyssu, et in interitum ibit: et mirabuntur inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ á constitutione mundi, videntes bestiam, quæ erat, et non est.*

9. *Et hic est sensus, qui habet sapientiam: Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, et reges septem sunt.*

10. *Quinque ceciderunt, unus est, et alius nondum ve-*

cabezas, y diez cuernos. (T. I. 224.)

8. La bestia, que has visto, fue y no es, y saldrá del abismo, é irá en muerte: y se maravillarán los moradores de la tierra, aquellos, cuyos nombres no están en el libro de la vida desde la creacion del mundo, quando vean la bestia, que era, y no es. (T. I. 232.)

9. Y aquí hay sentido que tiene sabiduría: Las siete cabezas son siete montes, sobre los que está sentada la muger: y tambien son siete Reyes. (T. I. 234.)

10. Los cinco murieron, el uno es, y el otro aun

nit: et cum venerit, oportet illum breve tempus manere.

11. *Et bestia, quæ erat, et non est: et ipsa octava est: et de septem est, et in interitum vadit.*

12. *Et decem cornua que vidisti, decem reges sunt: qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tamquam reges una hora accipient post bestiam.*

13. *Hi unum consilium habent, et virtutem, et potestatem suam bestie tradent.*

14. *Hi cum Agno pugnabunt, et Agnus vincet illos: quoniam Dominus Dominorum est, et Rex regum:*

no vino: y quando viniere, conviene que dure poco tiempo. (*Ibid.*)

11. Y la bestia que era, y no es: y ella es la octava: y es de los siete, y va á perdicion. (T. I. 236.)

12. Y los diez cuernos, que has visto, son diez Reyes: que aun no recibieron reyno, mas recibirán poder como Reyes por una hora en pos de la bestia. (T. I. 238.)

13. Estos tienen un mismo designio, y darán su fuerza, y poder á la bestia. (*Ibid.*)

14. Estos pelearán contra el Cordero, y el Cordero los vencerá: porque es el Señor de los